

requant, terram lignaque comportant, quò levius ac A dentes quam collam extendentis cum ignavia more planius ad castrum cum turribus ligniscedant; Pomorani contra lardum lignaque picea parant, quibus paulatim congeriem illam comburant. Tribus enim castellani vicibus instrumenta omnia de muro descendentes furtive combusserant, tribusque vicibus iterum illa Poloni construxerunt. Ita nempe <sup>1601</sup> turres ligneæ Bolezlavi castello vicinæ stabant, quod castellani de propugnaculis cum eis armis et ignibus repugnabant. Si quandoque Poloni castellum armis, igne, lapidibus stratis <sup>1602</sup> impetrabant, castellani similiiter modis omnibus vicem contrariam repugnabant. De Polonis multos castellani sagittis <sup>1603</sup> et lapidibus vulnerabant, de castellanis vero Poloni plures cottiudie perirebant. Erant enim pagani de morte securi <sup>1604</sup>, si virtute bellica caperentur, et ideo <sup>1605</sup> malebant, ut cum fama se defen-

B dentes quam collam extendentis cum ignavia more  
rentur. Interdum tamen cum Bolezlavo pactum fa-  
cere castrumque reddere cogitabant, interdum <sup>1606</sup>  
indicias petentes, vel auxilium exspectantes illud  
consilium differebant. Interea Poloni nunquam  
otiosi, nunquam desidiosi, tot laboribus et vigiliis fati-  
gati desistebant, sed castrum capere vel insidiis  
insistebant. Pomorani vero tales Bolezlavi mentem  
et intentionem cognoscebant, quod nullatenus eva-  
dere manus ipsius nisi castro redditio prævalebant,  
et ex hoc maxime diffidebant, quia de Suatopole suo  
domino nullum auxilium expectabant. Unde pro  
tempore consilium partibus utrisque satis ydoneum  
inierunt, castellum videlicet fide recepta tradie-  
runt, ipsique sani cum suis omnibus, incolumes  
quo sibi libuit, abierunt.

## VARIAE LECTIONES.

<sup>1601</sup> namque 2. <sup>1602</sup> statis 1. 2. <sup>1603</sup> ita videtur legendum, cf. Chr. princ. Pol. p. 91. <sup>1604</sup> secum erro-  
me 1. 2. <sup>1605</sup> id 2. <sup>1606</sup> interim codd.

ANNO DOMINI MCXII.

# BERENGOSUS

## ABBAS S. MAXIMI TREVIRENSIS

## NOTITIA HISTORICA

(FABRIC., Bibliothe. med. et inf. Lat., tom. I, pag. 214.)

Berengosus ordinis S. Benedicti, abbas S. Maximi Trevirensis, non ut Bellarminus, editione prima libri de S. E., <sup>sæculo</sup> vii, sed sub duodecimi initia clarus ann. 1112, ab Henrico V imperatore impetravit privilegium pro advocatione suæ abbatiae, scrispsique opuscula edita Coloniæ 1555 et recusa in Bibliothecis Patrum, et novissime Lugdun. tom. XII, *De laude et inventione crucis Dominicæ* libros III, pag. 349; librum *De mysterio ligni Dominicæ*, et *De luce visibili et invisibili*, per quam antiqui patres meruerunt illustrari, pag. 367, et sermones V *De martyribus, confessoribus, dedicatione Ecclesie et veneratione reliquiarum*, pag. 576. Falsitur Oadinus (tom. II, pag. 1004), cum huic Berengoso tribuit commentarium in Apocalypsin, quem Berengarii Turonensis esse jam demonstratum fuit. Sicuti Bernonis est non Berengosi, quod ei ascribunt nonnulli De jejuniis Quatuor Temporum.

## BERENGOSI ABBATIS

## DE LAUDE ET INVENTIONE SANCTÆ CRUCIS

(Bibl. Patr. XII, 349.)

## INCIPIT LIBER PRIMUS

DE LAUDE S. CRUCIS

## CAPUT PRIMUM.

*De eo quod Dominus ante se primo prophetiam et le-  
gem præmisit, ac deinde natus et passus arborem  
crucis ascendit.*

Cum antiqua divinitas humano generi tempus

C prævideret opportunum, ut filios, qui erant dispersi, congregaret in unum, ad reditendum hominem, quem proprie voluntatis arbitrium a Deo divisit, in vineam Ecclesie, primo et secundo servos, tertio Fi-  
lium misit. Qui ostendendum se verum esse regent;